Charte de donation de Blanche de Champagne, mars 1212 (AD77, 11HDT/B2-4)

Transcription de Dominique Dupraz

Ego Blancha comitissa trecensium palatina. Notum facio tam presentibus quam futuris quod ego, attendens devotionem servitii quod dilectus meus serviens Jacobus de Hungaria mihi exhibuit eidem Jacobo et Heluidi uxori sue, dedi et concessi feodum quod a Theobaldo de Revel aequisivi laude et assensu Aveline, uxoris ejusdem Theobaldi, habendum scilicet libere et quietem, concedens eis quod in vita et in morte suam voluntatem inde faciant sicut de propria sua re, ita tamen quod, nisi heredes habuerint de suis corporibus, nullus de eorum consanguineis poterit aliquid in illo feodo reclamare licebit autem eisdem Jacobi et Heluidi uxori sue, tam pro anima mea et salute unici filii, Theobaldi, tam pro suis animabus sive totum feodum sive partem cuicumque aut quibuscumque volverint in elemosinam perpetuam assignare sunt autem in feodo illo circiter quadraginta quinque arpenta terre in exartis, inter viam quam dicitur Campus Rotundus et viam que ducit apud Meiroles et quinque arpenta terre veteris site in Valygot et quatuor sextaria bladi annui redditus que fuerunt Stephani de Revel, In cujus rei testimonium presentem cartam feci fieri et sigilli mei munimine roborari actum anno verbi incarnati millesimo ducentesimo duodecimo mense marcio

Version adaptée

Moi **Blanche, comtesse de Troyes [de Champagne]**, je fais savoir à tous, présents et futurs, que, attentive au dévouement à mon service effectué par mon [serviteur] **Jacques de Hongrie**, je lui ai donné, ainsi qu'**à Héluide sa femme**, le **fief** que j'ai obtenu de **Thibaud de Revel,** avec l'accord **d'Emeline, sa femme**, afin que ce fief soit tenu [heureusement, librement et paisiblement]. Je leur accorde que, dans la vie et dans la mort, ils puissent utiliser ce fief comme s'il était leur propre bien. [...]

Il est accordé à **Jacques et Heluide**, sa femme, pour mon âme et pour la sécurité de **Thibaud [IV de Champagne]**, mon fils unique, [...] **quarante-cinq arpents[1] de terre dans les champs** entre le chemin dit Champ-Rond [proche Vineuf] et le chemin qui mène à Marolles[-sur-Seine], **cinq arpents de terre** de l'ancien site de Valygot, et ainsi que **quatre setiers[2] de blé** de la **rente annuelle** qui appartenait à Étienne de Revel.

En foi de quoi j'ai fait la présente charte et l'ai renforcée de la protection de mon sceau.

Fait en l'année du Verbe Incarné 1212, au mois de mars.

1. **Arpent** : ancienne unité de mesure des surfaces. Un arpent représente une superficie d'environ 3400 m²
2. **Setier** : Ancienne unité de mesure de volume. Un setier représente entre 150 et 300 litres.